



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

# DE RESIGNATIONIBVS , ET EORVM publicationibus. Cap. IV.

S V M M A R I V M .

- R**esignationes alias simplices, alias conditionatae.
- 2 Resignationes conditionatae sunt pluribus modis.
- 3 Resignatio facta cum clausula, in favorem talis. N. & non aliter, nec alio modo, an admittatur.
- 4 Resignatio ex causa permutationis non tenet, nisi resignanti de alio beneficio provideatur.
- 5 Resignatio potest fieri cum designatione personae, cum reservatione omnium fructuum, denuptis scutis centum pro titulari, vel cum reservatione pensionis annua.
- 6 Resignatio, nisi fuerit facta juxta formam mandati, non valet, etiam si supplicatione fuerit expedita.
- 7 Clausula que in mandatu solet apponi, & non alias, aliter, nec alio modo necessitatim inducit, ita quod ejus transgressio vitiaret actum.
- 8 Mandatum datum ad resignandum, vel ad consentiendum reservationi pensionis, re integrâ, potest quandacunque revocari, sed est revocatio incimanda.
- 9 Resignationes beneficiorum in Romana curia sunt publicande intra sex menses, si beneficia sint citra montes, si verò ultra, intra novem à data concessionis gratia numerandas.
- 10 Beneficiorum permutationes sunt publicanda.
- 11 Resignationes beneficiorum quorumcunque sunt publicande.
- 12 Resignationes qua consistorialiter sunt, non sunt publicanda.
- 13 Resignationes, & iurium cessiones auctoritate ordinaria intra mensem admitti, aut recidebent.
- 14 Resignationes, quibus casibus sunt nulla.
- 15 Resignationes beneficiorum auctoritate ordinaria collatorum intra tres menses debent publicari.
- 16 Resignationum publicatio in quibus, & quomodo fieri debeat.
- 17 Resignationes beneficiorum ruralium, quomodo debeant publicari.
- 18 Resignationes proper impedimentum belli, vel pestis, quibus in loco fieri debeant.
- 19 Resignationes, vel cessiones iurium beneficiorum litigiosorum, quomodo sint facta.
- 20 Cardinales sub constitutione de publicandis resignationibus comprehenduntur.
- 21 Forma à lege data non servata corruat actus.
- 22 Forma defectiva, major est, quam defectu materia.

23 For-



- 23 Forma certa data à jure, vel ab homine, paria sunt agere directe contra, vel circa.
- 24 Alienatio rei ecclesie facta, forma non servata, infringitur.
- 25 Alienatio rerum immobilium minoris, quando infringatur.
- 26 Forma juris non servata, quando reddat matris testamentum nullum.
- 27 Beneficia resignata ob non publicationem vacante ipso jure.
- 28 Beneficia vacantia ob non publicationem resignationis sunt Sedi Apostolicae reservata.
- 29 Regula re triennali possidente quos tueruntur.
- 30 Regula de triennali possidente se tueri non possunt obtinentes beneficia vacantia ob non publicationem resignationis.
- 31 Titulum coloratum, quis habere dicatur.
- 32 Regula de triennali iurari non potest pro visus de parochiali sine concursu.
- 33 Possessio est jus insistendi rei non prohibita possideri.
- 34 Imperationes beneficiorum vacantium ob non publicationem, quomodo fieri debeant.
- 35 Beneficiis litigiosis impletari, quomodo sit in lite procedendum.
- 36 Subrogatus eodem jure uti debet, quo ille in cuius locum subrogatur.
- 37 Relegatio facta dignitati, transit in subrogatum in dignitate.
- 38 Magnus Magister, & conventus Religionis Hierosolymitanae, quomodo de beneficiis ejusdem religionis providere possit.
- 39 Magnus Magister Religionis Hierosolymitanae pensiones annuae reservare, & fructuum reservationes facere possit.
- 40 Beneficia regularium commendata etiam comprehenduntur sub constitutione publicandis resignantibus.
- 41 Resignatio commendarum, qua in conventu Religionis Hierosolymitanae admittuntur, non cadunt sub constitutionem de publicandis resignationibus.
- 42 Proemium causam finalem dispositionis indicat.
- 43 Constitutionis causa cessante, cessat constitutio.
- 44 Commendis Religionis Hierosolymitanae vacantibus, qui fructus erari debentur.
- 45 Commenda Religionis Hierosolymitanae quibus oneribus sint gravata.
- 46 Dispositio quantumcunque generalis debet interpretari, & restringi, ut non comprehendat casum absurdum, per quem quis paenam incurrat.
- 47 Piores, basiliivi, & commendatarij Religionis Hierosolymitanae sunt veri Ordinarij.
- 48 Coadiutoriae, an sint publicandae,
- 49 Ius idem esse debet ubi est eadem ratio.
- 50 Constitutionis de publicandis resignationibus, quare edita fuerit.
- 51 Proemium causam finalem indicat.
- 52 Constitutionis causa cessante cessat constitutio.
- 53 Lex, etiam si sit perquam dura, à verbis legi non est recedendum.
- 54 Coadiutoriae celari non possunt.
- 55 Subrogatus frui debet prorogativis eius, in cuius locum subrogatur.
- 56 Canonorum tres sunt gradus,

ff

Coadiu-

- 57 Coadiutor, quomodo inter alios canonicos sedere debeat.  
 58 Auctoritatis propria lumine fulgentes, praferuntur illis, qui vices aliorum gerunt.  
 59 Honor debetur constitutis in dignitate ratione excellentia.  
 60 Coadiutor canonici vocatur canonicus suis.  
 61 Canonici veri facti sunt praferendi.  
 62 Coadiutor datus canonico in ordine sacerdotali canonicos in ordine diaconali, vel subdiaconali prcedere debet.  
 63 Canonicus prcedere debet coadiutorem canonici ejusdem ordinis primò receptum.  
 64 Coadiutoriae forma est semper consideranda, ubi de illius viribus dubitari contigerit.  
 65 Coadiutor infirmus, vel corporaliter legitime impeditus lucratur distributiones quotidianas.  
 66 Coadiutor excommunicato, an coadiutor pro eo distributiones quotidianas luterari possit.
- 67 Excommunicatus non lucratur fructu aut emolumenta beneficiorum.  
 68 Excommunicatus, qui non potest per se, nec per aliū ad sui utilitate agere potest.  
 69 Coadiutor canonici, an vocem activam, & passivam in capitulo habere possit.  
 70 Verba generalia, generaliter sunt intelligenda.  
 71 Coadiutores pluribus dantur.  
 72 Coadiutor quis dicatur.  
 73 Aetas in coadiatore, quæ requiratur.  
 74 Coadiutor Episcopi cum futura successione minor 30. annorum sine dispensatione Apostolica deputari non potest.  
 75 Coadiutores cum futura successione pluribus de causis dari possunt.  
 76 Coadiutor Episcopi, quæ exercere possit.  
 77 Coadiutores dignitatibus in cathedralibus ecclesiis existentibus dari possunt.  
 78 Coadiutores parochialium ecclesiarum rectoribus, quibus ex causis dari possint.  
 79 Coadiutores, Abbatis, & Abbatissu dari possunt.  
 80 Coadiutores Regibus, & Principibus dari possunt.

**Q**UOMODO beneficia per obitum vacantia conferantur, et doctum fuit supra, nunc autem de vacantibus per resignationem est agendum. Resignationes vero † aliae sunt simplices, ut quæ sunt sine conditione, & pacto, non designata persona, cui beneficium conferatur c. iux nos, de Simon, & Put. decis. 158. n. 4 lib. 3. & istæ fieri possunt per procuratorum aut resignantem, qui personaliter potest resignationi consentire.

2. † Aliae conditionatae, quæ pluribus modis sunt in favorem designatae personæ resignatarij.

3. Primò † in favorem talis, & non alias, aliter, nec alio modo, & quia in supplicationibus non conceditur clausula, in favorem talis. N. & non alias, aliter, nec alio modo, tunc procurator ad resignandum verbi gratia in favorem Sempronij non potest resignare, nisi provideatur in favorem personæ nominatae, quia contra formam mandati resignatione admitti non potest. gloss. in c. olim. il. 1. in ver. traditam de ref. spol. Paris. cons. 19. numer. 2. vol. 2. & Rebuff. de resignat. cond. numer. 3. par. 3.

4. Secundò † ex causa permutationis dum-